

librum recti intellexit *librum legis*; inde mirum non est ple-
rosque eandem esse secutos sententiam. Nec recentiores
Rabbini a majorum placitis recedunt; plerumque enim ali-
quam Talmudis sententiam amplectuntur. Rasche ad Jo-
suam *librum Geneseos*, Kimchius *librum legis*, Ralbag, iti-
dem *librum Geneseos* pro libro Recti habent. R. Abarbanel
ad X. cap. Josuæ fol. 23. b. existimat, quod verba: *Nonne
hoc scriptum est in libro recti*, referantur ad vindictam, præ-
cedentibus verbis descriptam, hoc sensu: ecce illa vindicta
scripta est in libro recti. Audiamus eum:

Existimo, quod respici-
at ad vindictam. Dixerat
enim, quod Israel ipse se
ultus sit ab inimicis suis.
Deinde dicit: illa vindi-
cta, quæ fieri debuit per
manus ipsorum, & ope mi-
raculi cælestis, prædicta est
a Mose in libro Legis, qui
est liber recti. Cum enim
spiritu prophetico & me-
rito suo eam prævidisset,
addidit illi hoc miraculum,
uti dixi. Hoc factum est cap.
XXXIII. Deut. v. 26. Non est
Deus sicut Deus Jeshurun,
qui perequitat cælum cum
auxilio tuo, & cum magni-
ficentia sua æthera, habita-
culum DEi æterni, & sub
brachiis æternitatis; Ut
expellat coram te hostem, &
dicat, disperde, ut inhabi-
taret Israel secure solus,

ואחשוב אני שיחזור לנקמה
שזכר שישאר בעצמו יקום
מאויביו ואמר שאותה נקמה
היותה נעשית ער יום
ובכוח אותו הנס השמימי
הנה משה רבינו בספר התורה.
שהוא ספר הישר יעד עליה
כי ראה איתה בנבואתו וזכרתו
אם כן סייע לזה הנס כמו
שזכרתי ויהיה זה בפרשת
וזאת הבלכה באמר אין
באר ישורון רוכב שמים
שתקים מעונה אלהי קדם
וג' ויגר ש מפניך אויב ויאמר
השמר וישכן ישראל בטח
יג'